CLEMENS. PP. VIII.

Dilecti filij salutem, et aplicam benem. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Vniuersitas, et Homines Terræ Montis Sancti Firmani Dioc. quod alias postquam ipsi Vniuersitas, et Homines de M.D.Lviij uolentes, ut Mons Pietatis in Terra pta tunc nouiter erectus manutene-
retur, et in dies pro usu, et subuentione pauperum incrementum susciperet, omnes Capisoldos ciuiles Capsa, alias Ceppo Cancellariæ uulgariter nuncupat. persolui solitos, ac bolonenos duos pro floreno ex illis, qui in Consilio supplicassent tam pro limitatione cuiusuis pœnæ per eos causa maleficiorum
incursæ, quam pro extraordinarijs, et dilatione solutionis suarum pœnarum, ac bolonenum unum pro quolibet Floreno ex salario cuiuslibet Officialis dicti Communis, aut salariati prouenienti, nec non Bolonenum unum cuiuslibet floreni pro uenditione, et emptione quorumcumq bonorum stabi-
lium, tam per uenditorem, quam Emptorem persoluendum eidem Monti concessissent, seu etiam assignassent, et applicassent, et de M.D.Lxxij ipsi Vniuersitas, et Homines arbitrantes hmoi Montem sufficientibus facultatibus corroboratum existere, absque tamen aliqua causæ cogni-
tione, seu consensu Ordinarij loci, seu Sedis aplicæ desuper requisito, uel obtento dictam gabellam emptionis, et uenditionis retinuissent, illamq in alia seruitia publica conuertentes, usq ad annum M.D.Lxxix exegissent, et recuperassent, ac propterea dubitantes in aliquam excois
sntiam incidisse per tunc exntem Romanum Pontificem Prædecorem nrum absolutionem desuper obtinuerunt, pro qua consequenda Ecclesiam Domus S.tæ Mariæ de Laureto processionaliter uisitarunt, prout ex fidedignis Xpifidelium testimonijs constat, et post obtentam hmoi absolutionem
ipsi ab exactione dictæ gabellæ emptionis, et uenditionis per nouem annos se abstinuerunt, Et postremo de M.D.LXXXV. Annis Dni fel: rec: Sixtus Papa V. etiam Prædecessor nr, eisdem Vniuersitati, et hominibus pro nonnullis eorum necessitatibus tunc expressis dictam gabellam imponendi,
et seu exigendi lntiam, et facultatem concessit, prout in lris aplicis dicti Sixti Prædecoris desuper confectis plenius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Vniuersitas, et hoies pti, ex quo nullæ apparent scripturæ eiusdem absolutionis, sed tantum memoria quorumdam Senior.
superstitum, qui tunc aderant, et in dictis lris, quod ipsa gabella alis dicto Monti concessa, ac per dicti Montis Officiales, seu Ministros spatio plurium annorum exacta, et recuperata, ipsaq gabella absq consensu aplico imposita fuerat, et illius rone multæ pecuniæ pro seruitio tam Montis, quam Vntis, et hoium ptorum recuperatæ
extiterant, minime expressum fuit, ac et quia ipsi Vntas et hoies ab anno eiusdem Dni M.D.LXXXV. usq ad annum M.D.Cj dictis lris eis forsan suffragari nequeuntibus, dictam gabellam exegerunt, a qua exactione postmodum ob timorem incursus in sntiam excois se abstinuerunt dubitent tam
absolonem eis non suffragari, quam lras ptas de subreptio[illegible]reptionis uitio notari, eisq minus utiles reddi ipsosq desuper molestari posse tpre procedente, Nobis propterea humiliter supplicatum fuit per Circumspectionem tuam ut eis in præmissis opportune prouidere de benignitate aplica dignare-
mur. Nos igitur, qui salutem quærimus singulo[illegible] a suis erroribus resipiscant omni cura, et solicitudine quantum in nobis est, operam adhibemus, eosdem Vntem, et hoies, ac Ministros, et Offales eiusdem Montis, earumq singulares personas a quibusuis excois, suspensionis, et interdicti, alijsq
Ecclicis sntijs, cen., et pœnis a Iure, uel ab hoie quauis præterquam præmissorum occone, uel cā latis, si quibus qmolt innodati ex:tunt ad effectum ptium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes et absolutos fore censentes, ac certam de præmissis notitiam non hntes, hmoi supplicationibus inclinati, Circumspectioni tuæ
fili Octaui Cardinalis, seu discretioni uræ fili Vicarie per aplica scripta mandamus, quatenus de præmissis te diligenter informes, et si per informationem eandem preces ueritati niti repereris, super quo tuam consciam oneramus, tunc eosdem Vntem, et hoies, nec non Ministros, et officiales dicti Montis, ac
eorum singulares personas, imposita prius eis aliqua pœnitentia salutari, et recepto ab eis Iurato, quod talia deinceps non committant, neq committentibus præstabunt auxilium, consilium, uel fauorem publice, uel occulte, defunctos uero per modum suffragij, Superstites uero a quibusuis excois, sus-
pensionis, et interdicti, alijsq Ecclicis sntijs, cen., et etiam tpralibus pœnis et in Bulla Cœnæ Dni contra similia perpetrantes inflictis, et contentis, quas tam propter impositionem et exactionem dictæ gabellæ emptionis, et uenditionis, quam aliarum gabellarum ptarum sine consensu, et lntia Sedis aplicæ
ac alis qmolt incurrerunt hac uice dumtaxat in utroq foro aucte nra aplica absoluas in forma Ecclesiæ consueta, nec non easdem lras cum omnibus, et singulis clis, et decretis in eis contentis, ac inde secuta et sequenda quæcumq in oibus, et per oia perinde ac si scripturæ eiusdem absolonis apparerent
et in dictis lris, quod ipsa gabella alias dicto Monti per eosdem Vntem, et hoies concessa, ac per dictum Montem, seu illius Ministros, et Offales exacta, nec non absq consensu aplico imposita, nec non multæ pecuniæ tam pro parte Montis, quam Vntis, et hoium ptorum expressum, ac de anno eiusdem
Dni M.D.LXXXV. usq ad annum M.D.Cj ipsa gabella per dictos Vntem, et hoies exacta respue extitissent, ualere decernas, et nihilominus pro potiori cautela, et ad tollen. omne dubium, quod super præmissis, successu tpis oriri posset, eisdem Vnti, et hoibus dictam impositionem, et exactio-
nem gabellæ uenditionis, et emptionis hmoi tam per Vntem et hoies, quam Ministros, et Offales ptos dicti Montis a principio, et hactenus factam, ac per dictum Sixtum Prædecorem cum oibus, et singulis mo, forma, causis, ronibus, et conditionibus in dictis lris expressis confirmes, et approbes, oesq et singulos
tam Iuris, quam facti defectus, si qui desuper qmolt interuenerint, suppleas, et insuper eisdem Vnti, et hoibus dictam gabellam emptionis, et uenditionis de cetero in perpetuum exigendi, et recuperandi non tn a personis Ecclicis tam secularibus, quam regularibus, ac in suos, et dictæ Vntis usus, utilitatem,
et necessitates absq aliquo Censurarum, aut pœnarum ptarum incursu libere, et licite conuertendi, ita tn, quod ipsi Vntas, et hoies eidem Monti pietatis sexcenta scuta monetæ illarum partium in sex proxime futuris annis centum scuta uez quolt anno incipiendo in Vigilia Festiuitatis Assumptionis Beatæ
Virginis anni proximi M.D.C.V. et deinceps quolibet anno, usq ad integram satisfactionem, quibus solutis ipse Mons Pietatis, seu illius Ministri, et Offales nihil aliud et prætextu exactionis eiusdem gabellæ ab anno M.D.Lxxij, usq ad annum M.D.Lxxix. per dictos Vntem, et
hoies factæ, aut alis quouis mo prætendere possint, aut ualeant integre, et realiter persoluere teneantur, alioquin ptes nullæ sint eo ipso lntiam, et facultatem aucte nra pta concedas, et impertiaris. Non obstan. præmissis, ac omnibus illis, quæ dictus Sixtus Prædecor in eisdem lris uoluit non obstare,
nec non quibusuis aplicis, ac in Vniuersalibus, Prouincialibusq, et synodalibus Concilijs editis spealibus, uel gnalibus constonibus et ordinationibus, ceterisq contrarijs quibuscumq. Volumus aut, et eadem aucte statuimus, quod deinceps dicta gabella emptionis, et uenditionis ad ptos Vntem, et hoies
tantum, quam a Mense pnti Septembris exigere, et recuperare libere et licite possint, et ualeant, spectare, et pertinere censeatur. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die prima Octobris M.D.Ciiij. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

M. Vestrius Barbianus.

Die 19 mensis 8bris 1604

Exhibitae et praesentatae fuerunt retroscriptae litterae ap.cae per mag.cum d. Antonium Spinum de [illegible] sancto [illegible] cum [illegible] Communitatis [illegible] de populo [illegible] aperiri, ac [illegible] admitti, fieri et exequi [illegible]

[illegible]

Dilectis filijs nro Octavio tituli Sanctae Sabinae Pbro Cardinali Bandino nuntio, ac ex concessione, et dispensatione Ap.lica Archiepo Firman. seu eius in spiritualibus Vicario gn.ali

Clemens VIII

Absolutio a [illegible] et [illegible] Gabelle, [illegible] del [illegible] et [illegible] [illegible] exigendi et [illegible]

N.o 31.o

Pro solutione [illegible] in [illegible] brevi [illegible] solutionem in libro Creditorum [illegible] fol. 16